gregationem sanctimonialium posuit san
ctam Erudrudem ad seruitiũ celestis regis
atq cum theoberti ducis astipulatiõe qui
possessiones ad illud cenobiũ tradidit infi
nitas. earum conuersatiõem per oĩa ratiõa
biliter disposuit. Hijs ita expletis iste vir
beatus inceptũ predicatiõis opus cũ sum
mi opicis adiutorio studens ad perfectiõez
perducere. norica regna discipulorũ suorũ
comitante caterua circuire destinauit. et ab
vrbe egrediens Juuaniensi. gentes quib9
nõdum fidei lumen resplenduerat visitauit
eis triticum credulitatis solio pereunte se-
minauit. Nam a cordibus eorũ barbaricis
hospitibus dyabolice deceptionis perfuga
tis. illuc intromisit fidem. castitatẽ miseri-
cordiã. humilitatẽ: per quos pacificos ha
bitatores xp̃us omniũ bonorum largitor et
origo hũane mentis domiciliũ intrare solz
Cũq sic bauarorũ terminos circuiret ac o-
nes ad fidẽ ↄuertisset: eos vt in fide stabi-
les permanerẽt admonuit. et dimissis p̃sbi
teris qui pplm ad dĩna misteria consuesce-
rent. ipse ad vrbem Juuaniensem remeare
studuit. qz spũ pphetico replet9 diem voca
tiõis sue instare p̃sciuit quẽ discipulis suis
p̃nunciauit. Illi tali et tam tristi iudicio cõ
sternati cur eos et tam nouellem xp̃ianitatẽ
plebem desererẽ: lacrimati sunt. Ille spe ere
cta ad xp̃m vrbem Juuaniẽsem et populum
noricorũ omnipotenti deo cõmendauit. et
vitalem scm̃ virũ et omni pplo acceptũ sibi
fieri successorẽ elegit. Cum vero dies qua
dragesimalis obseruãtie agerent febrium
ardore vir dei fatigari cepit. Cũq sanctissi
ma dies resurrectiõis xp̃i illuxisset. solennia
missarũ celebrauit. et munitus sacro scĩ cor-
poris xp̃i viatico. post dulces paterne pie-
tatis ammonitiões et post extrema caritatẽ
verba frẽs confirmantia inter scãs man9 la
crimantiũ voces. inter pios plangentium
singultus. cetus angelici a quibusdã religi
osis viris in celo audiebant. qui voce cano
ra animã sanctam ferebant ad eternam feli
citatem.

## De sancto Gangolfo.

Gangolfus ex no
bili pgenie burgundie oriũdus fu
it. Qui quadã vice in campania ad fontem
veniens et de aqua bibens. Venit dñs loci
vbi fons emanauit et ei fontem venalem ex
hibuit. Sanctus vero memor illius verbi
dominici. Si dixeritis huic mõti. Tolle
te etc. emit fontem centũ solidis. Cum aũt
vxori domũ veniens narraret et ab ea deri-
sus baculum quem manu tenebat solo infi
xit quo retracto statim fons erupit sicut il-
le quẽ emerat et in loco vbi in campania fu
erat nunq plus emanauit. Vxor autẽ
eius a quodã clerico nephario pollut. ita
q de hoc eam super hijs interpellaret et ipsa
instanter negaret Immitte inquit manum
in fontem vt deus qui cuncta videt verita-
tem ostendat. Illa ĩperterrita immisit. sta-
tim carnes vsq ad ossa dependebant. Tũc
ille. Morte quidem digna es. sed ei qui cũ
cta iudicat reseruo te. clericus vero mulieri
adherens quadam nocte ceruicẽ Gangol-
fi abscindere volens ipsum in coxa vulne-
rauit. Qui post aliquos dies sumpta com
munione ad dominũ migrauit: qui miracu
lis multis claruit. Clericus vero vt iudas
mortuus crepuit medius. Vxor autẽ Gã-
golfi cum audiuit q maritus eius egros sa
naret: respondit. Sic facit virtutes Gan-
golfus sicut anus meus. statim a parte illa
turpis son9 prodijt. Aliq deinceps sub
iacuit obprobrio. vt omni vita sua eodem
die scilicet feria sexta quot verba protulit:
tot turpes sonus ab illa parte emisit.

## De sancto Udalrico.

Udalricus ex no
bili alemanorũ genere ortus ĩ mo
sterio sancti galli enutrit. vbi dũ hitũ vellz
accipere ab inclusa phibetur dicente sibi q
futurus esset episcopus in augusta: quod

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0582
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG